

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

12. An Superiores Regularium possint pro suis subditis promulgare
Iubilæum, non expectata promulgatione Episcopis Diœcesani, seu
Parochi? Et quid si Episcopus, aut Parochus non mittit copiam, aut ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

RESOL. X.

An quicunque Confessarius ab Ordinario approbatuſ posſit tempore Iubilai absoluere Moniales a peccatis, vel a casibus, & censoris reſervatis? Ex part. 3. tract. 2. Ref. 129.

Et ad literam ibi in tract. 4. Ref. 153. aliaſ 154. Sed hic vna tantum Ref. transcribitur.

Sup. hoc in §. 1. Ref. seq. &
in 10.7. tr. 1.
Refol. 348 §.
sed difficultas.

Affirmatiuam sententiam docet Bonacina de Sacram. diſp. 5. q. 7. punt. 4. §. 1. n. 22. in fine. 2. Sed aduersus illum influrgit Faustus de Iubilao, l. 4. q. 7. 78. & Alphonſus de Leo, etiam de Iubilao, part. 2. q. 9. n. 15. Quia Confessarii prohibitus est acceſſus ad Monasteria Monialium, & ideo Roman. Pontifex non intendit dare iurisdictionem illi Sacerdoti, qui habet aliquod impedimentum. Hinc in praxi rationabiliter obliteratur pro bono regimine Monialium, quod dum virtute Iubilai habent Moniales facultatem eligendi sibi Confessarii, tenetur deſignare Confessarium Ordinario ipsarum, & ſolent Abbatillæ congregare Moniales, & ab eis habere votum quoſnam Confessarios gratos habeant: & ſic nominant tres, quatuor, vel plutes, quotum nomina mittunt ad eorum Ordinariū, utrāq; eo omnes, vel propter eī libererit, approbentur, & impertiatur eis licentiam accedendi ad Monasteria; ſic enim Ordinarij ſciant personas, accedentes volentes ad Monasteria, ne ſub praetextu earundem licentiarum, accedentes ad vana colloquia facienda, & non ad audiendas confeſſiones Monialium; cum omnis confeſſio intelligatur facta in aedificationem, non autem in destructionem Regularis obſeruantia. Et hæc omnia notat, & docet noſter Molſeſius in ſum. tom. 1. tract. 7. cap. 6. num. 31. & poſt illum Ioannes Suarez in Enchiridio, caſ. confeſſ. lib. 5. ver. Indulgentia, ſeptem Iubilai.

RESOL. XI.

An Moniales tempore Iubilai poſſint eligere quoſunque Confessarios ab Ordinario approbatos, etiam in particuli non ſint ad earundem Monialium Confeſſiones deputati ab Ordinario? Ex part. 5. tract. 12. Ref. 12.

Quæ hic eſt
Ref. antecē-
dens, & in
alio §. eius
anno.

Pro negatiuam sententia ego ipſe in 3. p. tract. 4. refol. 154. adduxi Molſeſius, Leonem, Faustum, & Ioannem Franciſcum Suarez, quibus nunc addo Georgium Pollachum in Bul. Iubil. Vrbani VIII. ſect. 4. n. 6. vbi ſic ait. Aduertendum hic confeſſiones Sanctimonialium nec hoc tempore ampliſſimi Iubilai nullum Confessarium etiam Regularum audire poſſe, licet quod alios fideles ſit approbatos, ſine expreſſa & peculiari licentia Ordinarij ipsarum Sanctimonialium. Ita ille, alterens hoc eſt determinatum à ſacra Cardinalium Congregatione.

2. Sed ego maxima quaerens diligentia supradictam ſacra Congregationis declarationem adhuc illam minime potui inuenire, ideo non definam hic adnotare affirmatiuam sententiam circa praesens dubium, praeter Bonacinam à me vbi ſuprā citatum, docere nouissime Angelum Boffium in ſuo eruditio tract. de Triplici Iubilao, ſect. 3. caſ. 5. n. 1. & Laurent. de Peyrinis in privileg. Minim. tom. 3. c. 4. ſuper conſtit. Leon. X. n. 4. vbi ſic ait. Ego puto poſt Moniales tempore Iubilai generalem facultatem concedentis omnibus viriūque ſexus Christianis, etiam Regularibus eligendi Confessarium ab Ordinario approbatum, eligere ſibi Confessarium à ſolo Prælato Regulari approbatum, ſi electus ſit Regu-

laris, vel ab Epifcopo, ſi ſit ſecularis, & hoc ſine Monialibus ſint ſubiectæ Epifcopis, ſine Prælatis Regularibus nec eſt necelſe quod Moniales Regularibus ſubiectæ Confessarium eligant ex ſua Religione, ſed poſſunt eligere ex quaenque. Moucor quod Iubilæum eſt gratia ampliſſima totum mundum exhibans, quam facit Papa, theſaurum Ecclesiæ apetens omnibus Chriſti fidibus pro conſolatione animarum ſuarum. Cū enim inter Chriſti fideles communerati debeat Moniales, & Papa eis non excludat, non eſt cur nos excludere eis debeat, cū maximè priuilegium Principis ampliandū lit, & vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtingueri debemus, & gratia potius ſint amplianda, quam reſtringenda, & malciu- num feminimum includat, perſertim ſi eft favorabile. Nec obſtat conſtitutio Greg. XV. & Declaratio Con- greg. Cardin. Nam non loquuntur in hoc caſu Iubilæi, ſed ſolū in caſibus ordinariis; imo ex dictis magis conſirmo meam ſententiam, nam cū minutatim dil- ponat ibi Congregatio circa Confessarium Monialium, de hoc tamen caſu Iubilæi ordinario & notiſi- ſimo nihil dicit. Vnde coniectandum eft quod de Iubilæo noluit intelligi quæ ibi diſponuntur, & ſaleten Confessarii ab Ordinario approbat non videntur excludi, quia Iubilæum quoad hoc punctum eligendi Confessorum, nihil Monialibus prodeſſer, & poſt Bul- lam V III. Ponificia ſollicitudo, que habeatur tom. 4. Bullar. in eius conſtitut. 16. ſ. 5. fol. 149, hic punctus non habet amplius diſcultatem, cum Pontiſſus concedat expreſſe Monialibus, vt tempore Iubilæi poſſint ſibi aſſumere Confessarium approbatum ab Ordinario loci. Hæc Peyrinus loco cit.

RESOL. XII.

An Superiores Regularium poſſint pro ſuis ſubdiſci- mulgare Iubilæum, non expectata promulgatione Epif- copi Diæcſani, ſeu Parochi?

Et quid, ſi Epifcopus, aut Parochus non mitrit copiam, ſe- Breuiarium Bulle Iubilæi?

Et an dici poſſit Papam Religiosos volentes acquirere Iubilæum ſubijcere Ordinario loci, non coactione, & leſione exemptionis?

Et an Prelatus Regularis duabus poſtquam authenticas habuit Iubilæi notitiam hebdomadibus, poſſit eum indi- ci, eſto Epifcopus ſerius aut eiſius indicat Iubilæum?

Ex p. 10. tr. 14. & Mſc. 4. Ref. 5. aliaſ 33.

S. 1. **A**ffirmatiuam responderet Boffius de Iubilao ſect. 4. caſ. 3. n. 7. vbi ſic ait: Imo quoad Regulares exemptos quidquid dixerint Graffii, & Leo locis citatis, nou exiſtimo probable, quod ipſi teneant ex- pectare publicationem Ordinarij loci, ſeu Parochi; nam Prælatus Monasterij, vt ait Henrique loco citato in Textu, & Gleſa, cenſetur Ordinarius, vt promulget ſuis exemptis ab Epifcopo, ita ille.

2. Sed ego omnino exiſtimo non eſſe recedendum ab opinione negatiuam Graffij, & Leonis; & idec opinionem Boffii tutam non eſſe docet Bordoni in Mſcillaneis, decif. 23. Dicendum eft itaque ſub no- mine Prælatorum Ecclesiæ, & Ordinarij locorum, non venire Superiores Regulares, niſi quando ea nomina ſimpliciter exprimuntur, & materia eft illis applicabilis; ſi enim ſic dicunt; Prælati Ecclesiæ, id intelligitur de ſæcularibus, ex cap. Si quando, 8. de Offic. deleg. cap. Cum ab Ecclesiæ ſum; de Offic. ord. Cū enim iura volunt comprehendere Prælatos, vel Ecclesiæ Regulares exprimunt, ut vi- dere eft cap. Nullus 28. capit. Si poſtquam 33. capite

*Quia cap. 40. de Elecl. in 6. cap. Ordinarij 3. c. Quam-
us 8. cap. fin. de Offic. Ordin. in 6. sub eo nomine igi-
tur Ecclesiasticum Prælati, veniunt tantum Abbates, Prepoliti, & alij Prælati secularis nullius habentes
propria territoria, & subditos etiam Laicos. Nomina
et verbo: Quibulumque Ordinarii locorum in ea-
dem Bulla Iubilæi, veniunt tantum Ordinarii Eccle-
siastici secularium: nam illud verbum *Locorum*, re-
stringit nomen Ordinarii, tantum ad secularium, cum
exceptione Regularium, ut docent plures cum Glo-
ris verbis. *Ordinario. extra. Vn. de præbend. Ioan. XXII.*
quos pro se citat Floron. capite 5. de Cœf. referuntur,
§ 4. In contrarium. Ad secundam, ex eo quod
Bulla Iubilæi transmittitur à Procuratore Ordinis,
non inferatur. Superiorum acquirere ius illud publi-
candi, quia id in Bulla non exprimitur. Ad tertium,
propter hoc, quod Regulares accipiunt Iubileum ab
Ordinario publicatum, non dicuntur subicii Episcopo-
po, à quo sunt exempti, sed tantum dicuntur lucrari
Iubileum ab eo publicatum; subiectio enim dicit coa-
ctionem & quid odiosum; Regulares autem recipien-
tes Iubileum ab Episcopo publicatum non dicuntur
odiosi, neque facere aliquid sibi odiosum, id est lucranti
ur illud sine lesione sua exemptionis. Præterquam
quod dici potest, Papam Religiosos volentes acqui-
re Iubileum subiungere Ordinario, cum Summus
Pontifex Prælati tantum secularibus præcipit pu-
blicacionem Iubilæi; unde in fine Bullæ derogatur
Apostolicis Constitutionibus, & priuilegiis Regu-
larium, in quantum posunt obstat tenori Bullæ Iu-
bili.*

3. Vnde ex his omnibus, præter Doctores citatos,
hinc sententiam tenet etiam doctus, & amicissimus
Peter Gregorius Gobat, *de Iubilæo duplice*, c. 21. n. 67.
vbi sic ait: Rursus quare, an Prælati Regulares pos-
sunt suis subditis promulgare Iubileum? Respondeo
id quidem cœlesti Sa., numero 12, vnde consequen-
ter dicer, posse à Prælato Regulari duabus, postquam
authenticam habuit Iubilæi notitiam, hebdomadis
cum indici, eto Episcopus serius, aut ciuitatis indicas.
Ego tamen huic doctrina, si quidem extundat etiam
ad illos Prælatos Regulares, qui non habent propriam
Diœcesim, seu Iurisdictionem quasi Episcopalem in
subditis secularibus, ab Episcopi Iurisdictione exem-
pos, non subscripto: idcirco quod Bulla tertia lata,
alioquin pallium publicandi potestatem ab solute fac-
tient, non quibusvis Prælati, sed Ecclesiastiarum Præ-
lati, quo nomine non solent venire Prælati Regulari-
tes in communione. Vnde etiam habet Praxis, ut Epis-
copi Prælati Ordinum etiam Exemptorum mittant
copiam, vel breuiarium Bullæ Iubilæi. Quid si Epis-
copus non fungetur hac in re suo Officio, potiore
rite licet Prælato Regulari, præsertim exempto,
quod paulo ante licitum esse dixi Parochio. Ita ille,
& ego.

RESOL. XIII.

An quando in Iubilæo conceditur facultas absoluendi ab
omnibus casibus, & censuris reservatis Papa, possit con-
fessari a casibus Bullæ Cœna absoluere?
Et si quis possit absoluere a casibus Bullæ Cœna, an suffi-
ciet, ut in Iubilæo dicatur, quod conceditur facultas
absoluendi a casibus Bullæ Cœna, sine expressa de-
rogatione ipsius Bullæ? Ex parte 5. tractatu 12.
Ref. 34.

§ 1. Negatiuè respondent communiter. Ita Lau-
rius de Iubil. p. 2. c. 28. n. 24. Leo de Iubilæo,
p. 3. n. 40. & 41. Suarez de cens. disp. 7. sect. 5. num. 11. &
diff. 2. sect. 3. num. 3. Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. c. 12.
Tunc. I V.

num. 13. Alterius de cens. tom. 1. lib. 4. disp. 4. c. 2. Bossius
vbi infra. n. 3. & alij penes ipflos. Nam in generali con-
cessione non veniunt ea, quia quis non effet verisimili-
ter in specie concessurus, c. in generale, de reg. iur. in 6. &c.
casus contenti in Bulla Cœna habent specialem qua-
dam gravitatem, propter quam non est verisimile Pon-
tificem velle illos concedere, nisi exprimat.

2. Non defnam tamen hinc adnotare quod nouissime
Angelus Bossius de Iubil. sect. 1. cas. 7. n. 2. docet non
esse improbabilem affirmatiuam sententiam, quia,
aut ille, facultas illa generalis absoluendi à quibuslibet
casibus Papæ reseruatis, quantum est ex le, videtur
se extendere etiam ad casus contentos in Bulla Cœ-
na, etiam si non sint expressi, dictio enim illa vniuersali
ab omnibus, nullum excludit, sed omnes com-
prehendit, præsertim in hac materia ita favorabili res-
piciente bonum vniuersale animatum, & lætitiam
omnium Christi fidelium, in qua materia sic favo-
rabilis priuilegium est latissime interpretandum; id
quod etiam potest suaderi ex fine concessionis, qui
est adeptio plenaria Indulgentiæ, quam non possent
omnes Christi fideles confequi, si ad prædictos ca-
sus non se extenderet illa facultas generalis absoluendi
à reseruatis Papæ; clausula autem illa reseruatio-
nis absolutionis à dictis casibus Bullæ Cœna deroga-
gens omnibus priuilegiis, & indultis concessis, &
concedendis, non videtur loqui de Indulitis vniuersali-
bus, nempe omnium fidelium, cuiusmodi est Iu-
bileum omnibus Christi fidelibus concessum, sed de
priuilegiis & indultis resipientibus vel singulare per-
sonas, vel particulare vniuersitates, vt sunt Ordines
Regularium, Monasteria, Confraternitates, &c. Ita
Bossius. Sed penes me negativa sententia est certa, quia
cum Summus Pontifex in Iubilæis Generalibus vult
concedere casus Bullæ Cœna, illos in particulari ex-
plicavit, vt pater, ergo dum in aliquibus Iubilæis de illis
mentione non facit, evidenter apparer quid talis
facultatem nolit concedere, pendet enim hoc ex sua
voluntate.

3. Notandum est tamen hinc obiter contra Duard. *Quamvis*
in Bulla Cœna, l. 3. §. 1. q. 1. n. 13. 35. & 36. Sigismun-
sup. hoc legé
dum à Bononia in tract. de electione dub. 69. num. 12. vt tamen in to-
quis possit absoluere à casibus Bullæ Cœna, sufficit vt
in Iubilæo dicatur, quod conceditur facultas absoluendi
etiam à casibus Bullæ Cœna, sine expressa deroga-
tione ipsius Bullæ, vel specialis mentio dictorum ca-
suum in individuo. Ita ex Soto, Graffio, Suarez, & Al-
terio docet Bossius vbi sup. n. 9. quia per illa verba fatis
explicatur intentio Pontificis, & specialiter dicti casus
conceduntur, ergo.

RESOL. XIV.

*An in Iubilæo possit Confessarius commutare vota peregrina-
tionis Ierusalem, ad limina Apostolorum, & D. Iaco-
bini Compostellani, si non exprimantur?*

*Et notatur discri-
men inter votum Confessarii perpetua, vel
Religionis, & reliqua Pontifici reseruata, quia illa
duo priora relaxandi potestas non censetur concessa ge-
nerali concessione, nisi exprimantur, hac autem relax-
andi potestas satis in generali censetur expressa.
Ex part. 5. tr. 12. Ref. 59. alias 58.*

§. 1. V Idetur prima facie negatiuè respondendum
ex Suarez de Relig. tom. 2. l. 6. de voto, c. 15. n. 4.
Sanchez in summa, tom. 1. lib. 4. c. 40. num. 16. Fillius
tom. 2. tract. 26. c. 9. n. 274. Layman. l. 4. tr. 4. c. 8. n. 7. &
Lauorius de Iubil. p. 2. c. 27. n. 6. vbi docent in generali
concessione dispensandi in votis non contineri supra-
dicta vota, quia quae speciatim sunt reseruata, ea spe-
ciali & expressam concessione postulant, vt
N 2 habetur